

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica XXII. Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

te, indulge, hac scilicet cōditione, vt quem-
admodum tu nobis ignoscis, nos quoq; non
ad exemplum scelesti huius serui, proximo
ignoscamus. Atque vnica hæc est, ad gra-
tiam tuam in hoc mundo, & gloriam cœle-
stem in altero premerendam, ratio, cuius
nos confortes reddant Pater, Filius, & Spir-
itus sanctus. Amen.

reum, diuinitatis imagine insignitum, Deo
necessario reddi debere. Hoc præsenti Eu-
angelio continetur, cuius occasione præ-
claros vobis conceptus producam, si Spiritus
Paraclitus mihi succurrere, & Deipara
pro oratore intercedere non dēdignentur.
Idcirco Angelicam illi salutationem offera-
mus, cum Angelo dicentes:

DOMINICA XXII. POST
PENTECOSTEN.

Partitio..

- I. Quod si naturali apperitus veri in homini-
bus.
- II. Quantum sit metuendum periculi à lin-
guia.
- III. De interrogantium Dominum adulazione.
- IV. De eorundem hypocrisi tentatrice.
- V. De Denario oblato.
- VI. De imagine Denarij.

Reddite quæ sunt Caſari, Caſari; & quæ sunt
Dei, Deo. Matth. 22..

FIGVRA.

Exod. 28. Inter cætera summi Iudæorum Pontificis
ornamenta, lamina erat aurea, quam in
fronte gerebat, quæ sacratissimum Dei no-
men in scriptum continebat; atque hæc vit-
ra hyacinthinæ alligata erat. Cæterum hoc
præcepto offendebatur summum Sacer-
dotem ab ima calce usque ad summum ca-
pitis verticem ad Deum spectare, mundum
vero nihil in ipso possidere debere; Solius
siquidem Dei totus erat, cuius symbolum &
insignia præferrunt. Ut mystice hoc exponam,
crederim hic designatum, Deum homi-
nem condidisse, vel ut Sacerdotem, vel ut
creaturam ratione prædictam, qui non iam
amplius sanctum eius nomen, sed vniuer-
sam illius essentia imaginem animæ fronte
præferreret. Ut hinc disceremus, torum ho-
minem ad Deum spectare, cum in naturæ
lamina illius typum & insignia insculpta ge-
stet: atque ita animam, nomisma illud au-

Ea fuit omnium semper Philosophorum
opinio, vt crediderint ipsum intelligere &
cognoscere, essentialem hominis proprieta-
tem esse, ob quam scilicet creatus eslet, &
qua, naturæ instinctum sequendo, delecta-
tur. Videbant enim omnia animalia pro-
prietatem quandam naturalem continere, &
in eiusdem operatione maxime delectari:
quod tum in Politicis Aristoteles, tum ipsa Lib. 1.
nos docet experientia. Cernere enim est aues
volatu, bestias cursu, bruta feritate, homi-
nem rerum intelligentia delectari. Huc refe-
remus præclaram illam Quintiliani senten-
tiam: *Sicut aues, inquit, ad volandum, equi orat. insti-
tutum, ad cursum, ad seuntiam feræ gignuntur, sta-
bius propria est mentis agitatio atque solertia,*
unde origo animi cœl. sibi creditur. Et ante il-
lum Commentator Auerrois lib. 2. de anima,
ait, scientiam primam animæ perfectionem
esse: cui suffragatus Magnus Augustinus in
Enchiridio, & refertur 2. lib. sentent. dist. 1.
dicens: *Fecit Deus rationalem creaturam, ut
summum bonum intelligeret.* Ipse etiam Ari-
stoteles ab hoc axiome, quod à proposi-
to non usque adeo alienum est Metaphysi-
ca sua incipit: *Omnis homines natura scire defit.* 1. Metaph.
derant.

Cæterum intellectus obiectum ipsa est Veritas
veritas, & ipsa scientia non nisi verarum re-
rum est scientia, teste eodem vbi supra Ari-
stotele: *Sicut bonum est obiectum voluntatis,
ita rerum intelligentia.* Atq; hinc fit, ut omnis
hominis perfectio, omnisque naturæ illius
dignitas & eminentia in veritatis cogno-
scendæ desiderio consistat: cui arguento
innixus Cicero ille Christianus, Lactantius
aduersus gentiles dicebat: *Natura hominis
Deum veritatem pascendi cupitissimum fecit.* Cuius
lib. 3. Inſtitutum
Christianum
rei

rei ratio peregregia est; nam ut omnis facultas obiectum suum naturaliter sequitur, eiusque fruitionem maximopere desiderat, quod ab eo illius boni perfectio, delectatioque, ut Aristoteles afferit, dependeat: ita humanus intellectus, naturali quodam impetu, veram rerum omnium cognitionem imprimis desiderat & expedit.

Lib. 2. de anima. & 10. Ethic.

Huc alludens Eloquentiae flos & decus

Tullius, in officiis & in Tusculanis scribit:

Insa:tabilis quodam cupiditas inest mentibus nostris veri videnti. Daud quoque Rex aliud non desiderabat quam veritatem penitus agnoscere, hinc supplex orabat: Dirige me in veritate tua. & alio loco: Emittre lucem tuam, & veritatem tuam. Quin & praeuaricantiam & improborum cæcitatem ignorantiamque

deplorans ait: Non es in ore eorum veritas, cor eorum vanum & sepulchrum patens est guttura eorum. Atq; ideo nihil adeo ad perfectionem hominis necessarium esse dicitur, quam veritas: Moyli namq; iudices populi constituto præcepit Dominus: Proinde de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas. E quibus manifeste appetet, veritatem in primis ad viri ornamentum ac perfectionem spectare.

Exod. 8.

Inter Pontificis Iudaici ornamenta erat

rationale, cui velut epigraphen & symbolū

inscribi Deus iussit hęc verba: *Doctrina & veritas,*

vt ipse sibi persuadeat, simulque alij

hinc discenter, quod quemadmodum homo

ad doctrinam & veritatem natus est, ita Deus

illum velut summum Pontificem constitue-

rit, alios vt tum cœlestem scientiam, tum

mysteriorum doctrinam edoceret.

Laudans S. Scriptura merita perfectio-

nesque sanctissimi viri Tobiae, in primis in

eo celebrat, quod non obstante captiuitate,

& grauiissimi ærumnis, à veritatis ramen se-
mita non deflexerit: *In captiuitate posita, via*

veritatis non deseruit: Ita merito ille celebra-

dus est, & immortali dignus præconio, qui

quia homo & Christianus quidem, nequid-

quam impedientibus omnibus mundi ne-

gotiis ac turbis, regiam veritatis viam non

deserit.

Exod. 28.

Tob. 1.

Ioan. 1.

ctionum solis iustitia Iesu Christi euolan-
do, eiusque dores & qualitates describen-
do, gratiam & veritatem in eo in primis de-
prædicasse: *Et videmus gloriam eius, gloriam*
*quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veri-
tatu. Hæc dicta sint haec tenus in veritatis en-*
*comium, quod Phariseos & Scribas hodier-
no in Euangeliō illam in Christo deprædi-
cantes audiam, Christum enim accedentes*
dixere: Magister es, quia verox es. Gruia:
Dei in veritate doce. Historiam Matthæus
*scribit, ipse eandem commendaturus pri-
mo fucatum & subdolam versipellum ho-
rum Phariseorum orationem, ac deinde*
prudēs Redemptoris responsum proponam.
Aures præbere, tem aggredior.

Augustus Imp. cum vniuersum orbem de-
scriberet, & omnibus nomen suum profiten-
tibus tributum imponeret, seditioni quidam
quorum fax & coryphus Iudas quidam Ga-
lileus erat, surrexeré, & tributum hoc per-
soluere detrectarunt; quorum partes multi
secuti sunt; sed omnes coniurationis socij &
imprimis Iudas à Romanis dignas sceleribus
pœnastulerunt.

Ita restatur Iosephus in Antiquitatibus, & *Ioseph. lib. 11.*
corum meminit referente in Apostolorum
Actis Luca, Gamaliel legis doctor, dicens:
*Poss hunc existit Iudas Galileus in diebus pro-
fessionis, id est, descriptionis, & aueritatis popu-
lum post se, & ipse perire, & omnes quotquot ei
consenserunt, dispersi sunt. Graue Iudas hocce
tributum videbatur, & querebant sibi i-
psum imponi, ad libertatem natis. Adeo vt
plurimi non sine veriti dicere, non esse tributum
Cæsari persoluendum, & nefas esse po-
pulum sanctum, & Deo charum, gentili Im-
peratori & idololatria infami vinctigalem &
tributarium existere. Et contrata mē æquum
alij censebant, summo totius orbis monar-
chæ, pacis publicæ restauratori conserua-
torique, inimicorum propulsatorum tributum
aliquid pendī. Atque hinc discedebat stu-
dia in contraria vulgus, & hi prioribus, il-
li aliis adhærebant: quas inter turbas Phari-
sei consilium capiunt, vt Christo hanc que-
stionem proponerent, vt eius hac superre-
sentiam expiscarentur. Atque ideo non-
nullos ē suis, vna cum Herodianis, (qui
corpo-*

corporis Herodis regis custodes, & tributis regis per Iudeam propoliti erant) ad eum delinat, sententiam suam ut proponat efflagitantes. Sed eorum mens erat, ut si tributum persoluendum negaret, lœsa maiestatis & seditionis concitatæ eum accusarent; at si pendit illud debere docereret, apud populum & vulgus traduceret, quasi Cælarianum & Romanorum rebus fauentem & patriæ libertatis dissipatorem, itaque opinio quam de illo populus conceperat, qua eum ut Redemptorem & Messiam aduenisse credebat, minqueretur.

*Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, Per Herodianos hos intelligunt nonnulli laterones & stipatores Herodis, qui Phariseorum discipulos comitabantur, ut si forte Christus acris & pertinacius defendere voluisset, tributum Cæsari non esse persoluendum, eum apprehesum, velut lœsa maiestatis Cæsareæ reū, in carcere armata manu detriderent, itaq; cum vita spoliarent. At credunt alii, non fuisse hos Herodis præsidarios, at Iudeos quosdam, qui Herodis partes sequeretur, acerimè aduersus Phariseos asserentes Cæsari tributa pendere debere. Cæterū Herodes Tetrarcha Galilææ erat, quem Augustus Popul Roman. nomine, totius provinciæ caput constituerat, ut pro Cæsaris erario tributa colligeret. Huius opinionis est Hieronymus & Origenes. Porto Phariseorum qui hanc legationem adornauerant, mens & intentio erat, *Iesum in sermonem capere*.*

III.
Lingua membrū omnium imbecillimum.
lxx. 1.

Et sane s̄ penumero accidit, ut homines incauti in sermone & verbis capiantur & illaqueantur, quod hic inertes sint, & lingua membrū omnium imbecillimum facile expugnatur: ut quilingū semper bonā, & inuolatā habuerit, omnium se mortalium perfectissimum iure meritoq; dicere queat. Vnde Jacob. in Canon. sua, *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir.* Sæpe quidem, inquit, homines labuntur & impingunt, sed potissimum per linguam; at perfectus ille dicendus est, cui lingua nūquam peccati fuit occasio.

Hinc factum puto, quod Sathan, noxia illa bellua, quamvis omni quæ excogitari & fingi possit crudelitate in Job virum innocētissimum leuissit, omnibus eum facultatib.

priuasset, opes abstulisset, liberos oppresisset, in vitam eius conspirasset, nunquam tamen linguam eius tangere aut ferire valuerit, credebat siquidem, illum ærumnis oppressum, & ad extremas miseras redactum, in verbum aliud acerbius, quod impatientiam spiraret; prorupturum.

Quem Satanæ astum Iob intelligens ait, Ahabes os meum Job. 19.

carnis meæ, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos: quasi diceret, Quis talen vaquam versutiam audiuist, quali mecum vtitur versuta illa Tartari vulpes: quæ cum nullum in corpore membrum à plagiis immune reliquerit, soli pepercit linguæ, ut hæc in blasphemias & conuicti in Deum erumperet, & hac apud amicos de Dei erga me in gratitudine expostularem. Sciebat nempe satan, quantum in lingua periculum esset constitutum.

Nec sine ratione factum credo, quod eum Naturæ natura cetera membra ita crearit, ut fornicatus videbitur a quolibet possint, linguam tandem incluerit, ac duobus velut vallis derit, ac sepimentis munierit. Quin & egregium quid in lingua norat naturæ mystes Plinius, Duas lingue habere scilicet duplē venam, quarum una vena, altera cerebrum, in quo ratio commoratur, petit. E quo naturæ artificio discreteretur, hominem aliud corde, aliud in lingua non gestare debere, at lingua cordi ut consentiat opus esse: nec etiam omnia, quæ cor & animus suggestit, promiscue effundenda, at ea solum quæ æqua sunt, & rationi consentanea.

Quamobrem diligenter quis præmeditur oportet, antequam ad loquendum linguam laxet, nec temere & inconsulto verba effundienda, iuxta Sapientis consilium, *Verbis suis facies stateram, & frænos ori tui rectos: & Esclœf. 28.* attende, ne forte labores in lingua, & cadas in confectu inimicorum, id est, preces in conspectu dæmonum, qui assiduo tibi strunt insidias. Nec unum modo Spiritus sanctus frænum, sed frænos ori ingeri vult, quales sunt, amor Dei, Sanctus quidam metus, pudor ciuilis, & modestia Christiana, discretio adhæc in loquendo, prudentia in tacendo, sapientia in auscultando, humilitas inseco coercendo; taciturnitas in fodalitibus,

secre.

secretorum commissorum occultatio, detractionis fuga, & calumniæ detestatio, fixos denique, qui laxentur, dum loquendi occurrerit occasio, contrahantur item, cum satius fuerit tacuisse.

Psal. 18. Præ cæteris igitur membris exiguum illud refrænandum est, & ne libere diuagetur impediendum. Ita se fecisse testatur vates regius dicens, *Si met non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Id est, si sensus meos exteriores semel ita refrænauerero, ut non amplius infsolecant, nec mihi imperent, at ego vicissim illis, magnis haud dubie bonis cumulabor, *immaculatus ero, & imprimis à lingua vitio, quod inter omnia maximum est, & cæterorum caput.* Præ cæteris igitur sensib. lingua domini nari cupit, cui qui imperare potuerit, absolutum le regem & sui ipsius Dominum esse vere poterit asserere.

Psal. 14. David cum diligentem regni ratione haberet, & per omnes illius limites, vigilias & præsidia constitueret, à Domino petebat supplex, lingua sua ut custodes etiā adhiberet, *Pone Domine custodiā orī meo.* Atq; alias cum proposita sua sancta referret, ait, *Dixi custodiā vias meas, ut nō delinquam in lingua mea.* Id est, Constitui Domine præsidium aliquod in ore collocare, atque omnes vias meas diligenter obseruare, cogitationes & verba, actiones, loquelā meam & silentiū, quæ sunt haud dubie anima viæ, ne te vñquā lingua mea offendam. Custodire autem vias, ne in lingua delictum admittatur, est cauere sibi à multiloquio, nam ab hoc fonte emanat detractione, assestantio, mendacia, & alia plurima.

Eccles. 12. Lingua detimenta Sapiens cum perperderet, semper metuebat, hoc ne membrum hosti inuaderet, atque idēo supplex à Domino postulabat, huic ut custodiā poneret: *Quis dabit ori meo custodiā, & super labia signaculum certum, ut non cadam in ipsis, & lingua mea ferdat me?* Quantum pudorem nobis iniiciant verba illa viri sapientissimi, qui ad singula quæ profert verba tremit & expallescit: & quamuis à S.S. fuisse inspiratus, lingua tamen libertatem semper meruebat, atque ideo cœlitus auxilium aduoeat. Nos vero miseri peccatores tam libere & effrenate

Sapiens
verbam
moderetur:

loquimur, ac si in gratia essemus confirmati. Hoc igitur in membro Pharisi Christum expugnaturos se credunt, & in verbis eum ut capiant, legatos ad illum destinarunt dicentes: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.*

Notate, adulatores magna encomiorum in saluatorem congerunt plastra, scientes nulla balista adeo facile hominis animum deici & expugnari, quam laudum & præcognitionum. Bene autem veracem illum dicunt, quem: controversia sua iudicem & arbitrum elegerunt: in primis siquidem necessarium est, ut iudex veritatem amet & mendacium deterretur. *Hinc apud Ægyptios, ut Elia-*
Lib. 14. v. 11.
nus in variis, ait, mos obtinuit, ut si quando summus sacrorum præses causis diuidandis præsset, imagunculam quandam ē saphiro ē collo suspensam haberet, Veritatis nomine appellatam. Referti huc etiam queat rationale illud Mosaicum, cui Hebraice Vrim & Thumim, id est, Doctrina & Veritas inscriptum erat. Et ecce hodie etiam versipelles illi Pharisaorum discipuli Messiam, iudicem causæ delectum à veritate potissimum dilaudant, *Magister scimus quia verax es.*

Quantorum vero malorum causa sunt adulatores quantamque regnis adferre perniciem folent: Referit Philoponus tubicinem quandam bello captum ad necem postulatum, hostibus pro vita conservatione supplicatum, & illos ad clementiam permouentem dixisse, *Me quid vultis interficere, qui nemini vñquam mortem intuli?* hostes vero exemplo respondisse, *Nullum quidem manibus tuis occidisti, at alios tubæ clangore ad stragem edendam animasti.* Quam Adulatores autem adulatores huic tubicini comparari queant, nam linguarum suarum clangoribus, & adulationibus, aliis assentando, ad milis, peccandum incitant & exstiment. Sunt nimirum tubicines bellici, qui ad configendum excitantes, ad vindictam & sanguinem adhortantes, mille turbas, homicidia & cædes in rebus publicis caufantur. *Quod alle-*
Eccles. 12.
gorice alludens Ecclesiasticus ait, Tibia & Psalterium suauem faciunt melodiam, & super virtus lingua suaua.

Assenta-

Mirabilis
locutæ
proprie-
tas.

Psal. 140.

Affectionibus igitur resistendum, & locustæ imitadæ, quæ oleo respersæ quam primum emoriuntur, aceto vero ad vitam redunt. Ita nostrum est, dum per adulatoria & mellita verba laudamur, superbæ & vanitati mori, cum vero per aspera & dura corrigitur, reprehendimur, & taxamur, humilita tem spirare ac Deo viuere. Ad hoc alludebat regius vates dicēs, *Corripet me iustus in misericordia, & increpat me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Id est, Iustus auctor me correctionis perfundet, & vitam hoc mihi conferet: at ubi impius adulacionis oleo me vngere incepit, quam primū emoriar. Quam igitur leue illud oleum periculorum est?

III.
Leuit. 11.

Adulato-
res cygno-
similes.

Plin. lib. 8.
cap. ult.

Magister scimus quia verax es. Immundum censuit olim Deus olorem, idque varias ob causas: at in primis quod non nisi sub morte canat, & exequias suas catu suauissimo prosequatur, e quo elicere possumus, illos à Deo reprobari ac reiici, qui ubi reges & magnates morti, id est, peccato, quod animæ mors est, vicinos videt, suauissime cantillant, adulantur, & ad peccandum inuitant. Cygnæ mortis siquidem canere est principibus assentiri, & de peccando delibantes adulatoriis verbis instigare.

Obseruat Plinius pluviam ac tempestatem portendi & præmōstrari, cum oves, capellæ & hædi petulci per pascua curvantur lasciuiunt. Ita quoq; dum bestiæ illæ, parasi inquam & adulatores, in regum aulis assentando lasciuiunt, euident prognosticon & argumentum est, in magna damna, perniciem, extrellum exitium, & virtutum omnium tempestatem regno imminere.

Gen. 50.

Adulatio-
nis exem-
plum.

Magnum & notabile adulacionis exemplum in extremo Genesios legere est: Iacob enim Patriarcha defuncto yniuersitate Egyptus in luctu fuit, & bimestri spatio eundem defleuit. In morte autem Iosephi, regni conservatoris nemo lachrymatus legitur, in quo veram affectionem imaginè videmus: flebant siquidem Egypti in obitu Iacob, quo filii Ioseph qui yniuersi regni habendas moderabatur gratiam aucuparentur: at illum mortuum nemo luxit, quia tunc nullus erat, cui adulari poterant. Quoniam mundus vi-

Tom. 2. Pars Æstiva.

det similes, qui parentum funera & exequias, magna benevolentia & amoris signa ostendendo, stipant, ut filiorū, quos ad honores euctos cernunt gratiam aucupentur, at cum hi discesserint, non amplius familiæ, vel parentum recordantur. Adulatio igitur amatrix est, quæ magnos & sublimes colit, humiles autem despicit.

*Venit in Leuitico, id est omnia cæremoniarum tum in sacrificiis tum in vestibus seruari solitarum commentario Deus in sacrificiis mellis vsum, ab eo sc. tempore adulacionem & fucatum amorem ab operibus nostris proscriptum voluit, atque omnibus actionibus nostris, quæ quodammodo holocausta sunt, quæ Deo nostro offerimus, mel affectionis eiusdem. Nam vt Augustinus narrat in iustru tradit, *Plus nocet lingua adulatoriis, quam Psal. 69. manus persecutoris.* Idque ex mente Salomonis, qui longo ante tempore in proverbiis scriptit, *Meliora sunt vulnera diligentes quam cœsula fraudulentia ostentie.* Exclamo igitur, & *Prov. 27.* adulacionem detestandam.*

*Daniel porro rex non immerito linguam Lingua adulatoriæ nouaculæ acutæ similem esse dulatoris dixit: conqueritur enim de adulatore quo nouaculæ dam, *Tota die iniustiam cogitauit lingua tua, collata sic nouacula acuta fecisti dolum.* Id est, quemadmodum nouacula, sine vlo doloris sensu capitis capillos radit ac resecat: ita improborum lingua pendula & ad affentandum edeta, nouacula instar clanculo, virtutes omnes & merita animæ abradit. Ecquænam hæc nouacula est, *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doceas.**

*O adulacionem infandam! David adulatores perosus dicebat, quod supra iam alle- noxia pri- gauimus, sed aliam eius expositionem affe- cipibus. ramus, *corripet me iustus in misericordia, & increpat me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Ostendere scilicet voluit, nullam principi aut reipubl. vertici maiorem accidere calamitatem posse, quam affectionem. Ipsa namque regum & principum capita tumoribus & inflationi, id est, mundi vanitatibus, propter opes & potentiam, magis obnoxia sunt, quam aliorum: optimum autem aduersus hancce inflationem remedium est reprehensio: contrarium*

Zz vero,

vero, id est, adulatio, illius pestis & ruina. Vt si indu- Hinc bene dicebat Iulius Cæsar velle se stria dum usi instar curari: visus enim dum grauedine capitidis laborat, quæ cum vexat & cruciat, al- grauedine uearia obambular, non fauos aut mel come- laborat. Autus, sed ut apum aculeis compunctus, san- guinem emitat, atq; ita veteruo illo & gra- uidine liberetur. Indicare voluit Cæsar, ni- hil esse aut singi posse ad principis cerebrum medicandum melius, quam verba aculeata & sanguinem elicere valentia, nihil vero no- xiun magis aut damnosus quam oleum & mel adulatorum.

Plinii pre- clara ob-

eratio.

Aiebat item Plinius hoc inter principes reipubl. capita agere adulatem, quod o- leum formicis & muscis, quod vbi ha- gustauerint, quamprimum emoriuntur: & vt li- quorile his noxius ac mortaliss est, nō secus eriam principibus adulatores.

Malle se aiebant Diogenes & Antisthenes incidere in coraces quānūnaxas, id est adulatores. Et nō immerito: corui enim & nonni si mortuis oculos euellūt, adulatores et viuos impeūt & rodūt. Hoc virtio infecti sunt Pharisei nostri, & simulata quadam hypocrisi & assentando Christo aiūt, scimus quia verax es.

Adulatio noxia in cōciona- toribus & religiosis. Imprimis vero concionatores & verbi di- uini p̄cones dedecet assentatio, quales haud dubie erant hi Phariseorum discipuli, vt qui virtutum, sanctitatis, & religionis cuiusdam singularis studio se teneri iactabant. Querit in Cantica cōmentans Gregorius Nyssenus, cur sponsus dilectæ suæ dotes & ornamenta facie recensens, dētes potius quam labia de- canter, quæ natura velut carceris custodes constituit, vt eosdē custodirent: & mox re- spondet, hoc ideo factum, quod dentes vni- uerso corpori cibum masticent, & illis verba pronuncientur: cum vero verba ab ore à dē- tibus bene instructo proficiuntur, egregia sunt, bene percipiuntur ac laudem meren- tur: at quæ non nisi è summis descendunt la- bris, nullo dentium adminiculo efformata, sed in aere solum procula, in eonditum sonū edunt, & ingratam auribus cacoponiam: duo igitur verborum prolatorum genera, alia ex aere & vento cōstantia, atq; hæc Deo dispiacent velut edērula: at alia, quæ vniuer- sum Ecclesiæ corpus sustentant, & à quibus

peccata nostra quodammodo deuorantur grata auribus accidentunt, & dentium admini- culo efformantur. Quo mysterio dēnotatur, Concionatorem edentulum, & nonni si la- beonem, id est, quia virtus non coarguit, im- probos non castigat, sed peccantibus adulat- tur, & blandiendo eorum animos demulcent, stolidum & ridiculum esse, atq; hæc omnia Deo dispiacere. Ideo namq; in Canticis dici- tur, Dentes tui sicut greges tonsarū, que veniunt de lauacio, & de labiis, Labia tua sicut vita cœcina: è quibus eruunt, veros illos prædicatores, doctores & pastores esse, quorum lingua peccata coarguit, dentes mordent, & simili ouinam vitæ innocentiam simplicitatemq; morum præferunt, & in p̄nitentia lauacio & balneo abluunt: alios vero nonnisi lupos esse, quales profecto erant Pharisei nostri, qui adulando & simulando in pelle ouina, auunt quam modestissime, Magister scimus quia verax es.

O hypocrisi & clementia oratio! Ait Gre- gotius, ideo vetustis olim Deum ne vestis à lino & lana simul contexeretur, quod in hu- iusmodi panno linum vt subrilius quid & te- nuius, nō appareat, sed lanea filamenta, velut densiora, emineant. Quando autem sub la- nea quadam panno, vel gauapina spissiori, voluptas & mollities delitescant, hypocrisi est, fictum est, & parum sincerum: qualem haud dubie discipuli hi ostendunt, qui spissa quadam lacerna indui, religionem præfere- rentes, more Pharisaico subtilem & occul- tam pröditionem hodie sub pallio vita re- formationis præferunt.

In Marci Euangeliō legere est Dominum Cur Chri- ficiū maledixisse: porro nulla est arbor, quæ stus ficiū maiorem in cortice scabritiem atq; asperitatem præferat, quāfculnea, nulla porro dul- cior & iucundior interius: in fructibus enim mel, in foliis lac continetur, quo mystice de- signatum est, illos qui austere viuere videntur, & p̄nitentiam & rigorem exterius ostendunt, intus vero astus & artes subdolas cælant, veros hypocritas esse & fraudem ma- chinari, qui profecto maledictionis fulmine percuti merentur, sunt enim similes his disci- pulis, q̄ hypocritice & simulate Christū lau- dat, dicentes. Magister scimus: quia verax es. Loquunt-

Phariseorum hypocrisis. Loquuntur quidem ore, sed non corde: diuersas agunt personas, lingua quidem dulcedinem destillat, cor autem atrocem proditionem machinatur. Non cogitat enim ea quae lingua loquitur, ut de illis merito usurpari queat illud propheticum: *Hic populus latius me honorat, cor autem eorum longe est a me.*

E quis honor & dignitas Christo est, & quoniam & iustum dici, nec personarum acceptorem, sed aequali omnia lance ponderantem, veracem, concionatorem egregium, tam docte legem Dei & sancta mysteria docentem, sed quam procul distat cor: Conantur siquidem illum capere, ut deinde actionem ei dicant, & ad mortem trahant: lingua encomia deponit, & cor machinatur infidias.

Polyibron. 406. b. Interpres quidam magni nominis & auctoritatis, locum illum Iob: *Tigris periret eo quod non haberet pradam*, quem alii interpretantur: *Myrmicoleon periret*, notat, Eliphas nomen hoc Iob dedisse, ut ostenderet illum hypocritam, atque omnem vitam illius rationem & sanctitatem non nisi meram simulationem & hypocrisim esse, quod scilicet interne nulla virtus solida continetur, sed fucata quedam virtutis species fornicatus appetet. Notandum autem Myrmicoleonta, animal quoddam esse e formica & leone compositum. Innure igitur vult Eliphas, opera Iobi, quamvis exercitus splendida & singularia apparerent, interius tamen nulla fuisset, nec sincera, hominum quidem iudicio leonina, sed dimino & ex rei veritate, instar formicæ exigua.

Gam. de anima sacr. Scrip. lib. 3. Tradunt nonnulli, seipsa se compersisse, serpentem si quis manum dexteram cauerne ingrerat, nullum damnum aut lesionem afferre, sed si sinistram, quam primum cubilibus profiliare. Atque huius rei hanc rationem tradunt, quod serpens virus suum ad cor transmittere gestiat, cuius in sinistra venæ sunt & arteriæ, ut corde saucio hominē enecet. Atque hoc modo exponere conati sunt nonnulli sententiam illam Ecclesiastici: *Cor sapientis in dextera illius, & cor stulti in sinistra illius.* Cor igitur & lingua sibi mutuo respondeat, interius & exterius interesse conueniant: verba & conceptus eidem imponantur altari, & Deo uno eodemque sacrificio offerantur.

Atque idcirco voluit olim Deus offerri in *Leuit. 9.* bi ex omnibus victimis humeros & pectusculum, quorum altero opera, altero cor denotatur & intentio: atque duo haec Deo offerenda. Quo etiam trahere possumus verba illa sponsi: *Conferre vi signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Opera enim & intentiones sibi petit Deus, & offerri sibi ambo desiderat.

Mirum, quod de Julio Cæsare & Älio Petrinace referret Pierius Valerianus: scilicet, victimas quas diis immolabant corde caruisse; quo prodigo perterriti sacrificuli consulvere augures, & dictum fuit, sacrificium hoc nullum esse, vita carere, diisque displicere. Sed reliqua Gentili hac superstitione, Christiane dico, omnia opera quae Deo offerimus, si corde careant, irrita esse & euanida, & non nisi meram superstitionem.

Quare non errauit, meo iudicio, qui verū hypocriteos emblemata ac symbolum esse dixit Cynocephalon, qui lunam adoraret, & hanc epigraphen addidit: *Aliud in pectore gestat*; quod hoc animal, lunam cum adorat, efferaicit, & rabie tumet. Talis autem revera hypocrita est, qui Deum adorare se fingens, animum superbia, vanitate, proditione, & astu oppletum gerit. Annō ad oculum hoc in discipulis his Pharisaicis apparet, qui verbottenus tantum Salvatori honorem exhibent, sed corde dolos & fraudes machinantur?

Magister sciens quia verax es, & viam Dei in veritate doceas; quod vita tua inculpata sit & innocens, quod in veritate docenda sincerus, & in verbis tuis veracissimus, neve vnamquam aliquis tanta veritate & fide vias Dei docuit, quanta tu edoces. Triplicem in illo veritatem dilaudant, primo vita veritatem & sinceritatem, *quia verax es:* quasi dicerent, vita tua non est hypocrisia, nec fucata simulatio, sed qualis intus, talem etiam foris te exhibes. Secundo doctrinæ, *Viam Dei in veritate doceas.* Neque enim hereticus es, non pseudo-propheta, sed vera doceas & sincera, ac purum Dei verbum. Cui veritati innexus Dominus apud Ioannem ait: *Si veritatem dico vobis, quare non creditis?* Tertio infirmitas & aequitatis: *Non est tibi cura de aliquo.* Ad solos Dei filios spectat, inquiunt, neminem præferre nullas

opiniones veræ religioni repugnantes assertere, nec fucum & hypocrisi in vita ratione prætendere. Laudem igitur meretur, qui triplicem hanc veritatem in se continent, qui peccatoribus iustos se exhibent peccata eorum remittendo, qui doctrinam Catholicam docent concionando, quiq; ita vitam instituant, nullum ut fucum faciant. Magister scimus quia verax es, & via Dei in veritate doceas. Veritatem dicitis Pharisei, quantumuis nesciat. melius loquimini quam fortasse putetis. Vere enim Christus Dominus viam Dei in veritate docuit. Docuit quidem Aristoteles vias naturæ, Mahometus viam Satanæ: at solus Christus viam Dei, & quidem in veritate. Docuit cædem & Moyses, sed non nisi in figura, omnia namque in figura contingebant illis: at Dei filius in veritate. Carteri non nisi fabulas, vnde Propheta: Narrauerunt mihi in qua fulationes, sed non ut lex tua. Verū solus Messias veritatis scopum tetigit, & Zerobabelis inßar veritatem dixisse inuentus est, & palmam proinde reulisse: solus ipse inter ceteros mortales, verax & verus dici meruit. De omnibus enim in genere hominibus, sine illa prorsus exceptione dixerat Propheta: Omnis homo mendax, at de homine illo simili & Deo singulari quodam priuilegio dictum est: Scimus quia verax es, scimus, inquam, testimonio cœlesti confirmati, & verbis à Patre æterno prolatis innxi: Hic ist filius meus, in quo mihi bene complacui, quemque vobis ut doctorem & magistrum dedi, ipsam aures ci pribete, verbis ilius auscultate, neq; enim vos decipierit, nullam vos falsitatem edocebit, nam verax est.

Scimus, inquit, cœleste nostra, in hac enim legimus, Messiam non fore pseudoprophetam: scimus è sacris litteris, scriptum enim est, illum quia redimendum Israël venturus est, lumen & solem mundi futurum. Atque lumen veritatis est symbolum, & tenebra mendacij. Nos vero scimus è nostra Theologia: docet illa namque Redemptorem orbis futurum Dei filium: filius autem Dei æqualis & pars est Patri, & cum Patrem mendacij coargueret nemo possit, sequitur etiam filiu veracem fore. Scimus deniq; è fide nostra: nā lux illa supernaturalis ostendit & do-

cet Saluatorem mundi sine illa ignorantia & peccato futurum. Cæterum mēdaciū peccati lobes est, & ignoratię appendix. Quā obrem bene se Redemptor noster veritatem esse dixit: Ego sum via, veritas & vita: non veracem modo se esse ait, sed veritatem ipsam. Quo nomine illi adulantes Pharisei, & fucum palliantes, verbaque subdola speciosos veritatis prætextu ornantes, petere præsumunt: Littere ne censem dare Cæsar, vel non?

Idest, Dic nobis Magister, tu qui veritatē Hypocrisisti, nec errare in iudicando potes, licetne sis eorum censem dari Cæsari? Anne fas est, Gentili & qui coninfidelī principi sine ullo cōscientiæ scrupulo & noxa tributum pendere? hanc quæstio consulit, nem ac difficultatem dissolue, & omnes nos & vitis ac patriam vniuersam singulari quadam ratione tibi deuinxeris. Plurimos hodie hypocritis hisce similes reperire est, qui confessarios & viros peritos interdum de casibus consulunt, sine ullo tamen prauæ confverdinis deserenda proposito, sed ut hac ratio ne de salute videantur solliciti, & sanctioris opinionem vita apud illos nanciscantur, & clanculo in suis sceleribus perseverent. In quo scelerum Regem Achab imitantur, qui Michæam Prophetam consuluit, non ut bellum quod iam Dei iniissu inierat, seponeret aut relinqueret, sed q; speraret Michæam, se in suā opinionē posse pertrahere, siorumq; nefariorum molimimum participem habere.

Consultores hos, & sanctorum consiliorum indagatores: vitiis tamē valedicere detestantes, similes item censeo Samaritis, qui quamvis Sacerdotem Leviticæ stirpis postularent, qui Legem Dei, & sacrificandi ritum edoceret, idola tamen sua & falsarios sacrificandi ritus deserere noluerunt. Quoniam hodierna die his similes reperire est, qui supplices, sed subdole confessariorum pedibus se aduoluunt, consilium petentes, firmo tamen intrinsecus concepto proposito, idolorum, id est, scelerum, avaritiae, luxuriae, alicorūq; sexcentorum, non deferendorum. Sed Pharisaicum hoc est, & hosce discipulos imitari, qui veritatem quoad tributi solutionem inquirunt, aliud tamen mente volunt. Iam vero videamus, quidnam respondebit Dominus, quomodo consilium & diffultatem

cultatem resoluerit, quod in secundam concionis partem reseruauit; Redde, quae sunt Cæsarū, Cæsari; & quae sunt Dei, Deo. ò diuinum consilium! cui par nullum vñquam à quocquam mortalium datum fuit!

Evangeliū expōtio. Hypocritæ igitur postquam quæstionem propulsissent. Dorsibus eorū nequità perspecta, & simulatione patefacta, petuit nūmīma census. quod vbi accepit, rogauit: Cuius ēst imago hac & superorsiptio? qui confessim responderunt: Cæsari. Quare scite conclūit Christus: Redde ergo quæ sunt Cæsarū, Cæsari; & quae sunt Dei, Deo. Hanc Euan gelij seriem examinemus, nostramque paraphrasin proponamus.

V. Obiulerunt ei denarium. Eiusdem valoris apud Romanos denarius erat, cuius apud Græcos drachma Africa, cuius hodierna die regalis Hispanicus argenteus, vel quinq; solidi, phrasī Gallica: habebat porro Cæsaris inscriptam imaginem, vt apud nos nummi figuram regis aut principis. Vt autem moraliter hoc interpreter, dico mundum Cæsarem quendam esse & tyrannum, qui denarij quoddā genus habet sua, cūsum imagine & superscriptione: qui decem in se categorias Aristotelicas complectitur, substantiam yidelicit, quantitatem, qualitatem, relationem, actionem, & passionem, &c. Equis illi denarii: atque omnia hæc mundi imaginē & superscriptionem continent. De substantia siquidem in Psalmis habetur, Scrutetur funeras or omnem substantiam eius. & in Evangelio: Dissipavit omnem substantiam suam. Et in Epistolis suis Ioannes: Quis habuerit mundi substantiam. In mundo reperitur & quantitas, terra namque est Martha, qua turbatur circa plurima: vñitas porro in cœlo habebitur. Porro vñum est necessarium. Porro quantitas duplex est; alia continua, alia discreta, atque in utraque mundi imago reperitur, hic enim laborum longitudo, et umnarum latitudo, dolorum profunditas, & sola nudaque bonorum superficies.

Gen. 13. Figurate hoc Abrahæ Patriarchæ dictum fuit, quando ab eo Lot se suaq; segregaret: Surge ergo & perambula terram in longitudine & in latitudine, quia tibi dat ars sumeam. His omnibus continua quædam quantitas de-

notatur: quoad discretam & numerum etiam mundus exempla dabit; vnde lob: Homo lob. 14. natus de multere, breui viuens tempore, repletus multis miserie.

Qualitas etiam, Relatio, Actio & Passio, Categō Vbi, Situs, Habere in mundi imagine & su- riæ mundi perscriptione reperiuntur, quæ omnia tandem imaginē mundo reddi debent. Qualitas enim sunt di- continēt. Qualitas. Relata sunt domini ac serui, tyranni & Relata. plebecula, creditores ac debitores, patres & Passio. filij. Tot mala, ærumnæ, incōmoda, calamiti A&ctio. tates, inquietudines, calidum, frigidum, fa- Vbi. mes, denique mors Passiones sunt. Tot fu- dores, tot negotia, sollicitudines, corporis su- stentatio, filiorum educatio, cōiugale debi- tum, vitæ conseruatio, diuitiarum suarum iactantia, & status conseruatio. O actiones! perpetuo in carcere esse; semper in confli- agere, semper in bello viuere, aut ipsum cer- uicibus semper impendens habere, malis o- mniibus expositum esse, in miseriarum thea- tro, in valle lachrymarum, in cloaca publica & omnium malorum colluvie agere, in loco habitare, vbi nulla pax, nulla requies, nulla securitas, vndiquaq; incommoda, mille dis- criminiib; obnoxio, vndique peruio & pa- tenti, tam intus quam foris, tam in agris quā dōni vexato, loco deniq; in quo certum est vitam aliquando amittendam. Quam fune- Situs.

stum ac terricū Vbi! Modo decumbere ve- spero, & mane surgere, cubare sine somno, a- nimo negotiis turbato, cerebro operibus di- uinis vexato, mente ab ambitione discurvia- ta, corde à prauis affectibus transuersum a- ctio, conscientia sexcentis interius aculeis compuncta: surgere vero ad sibi, reip. mun- do deniq; vniuerso laborandum, cubare de- inde in lecto, corpore febribus astuanti, à podagra diuexato, morbis oppresso, noctes & dies clamitando, & mortem ad singula momenta expectando, vitamque ipsam de- testando, an non illætabilis situs & amarus? Habere denique tot in hoc mundo mala ac morbos, in pedibus podagram, in capite hemi- crænam, in oculis lippitudinem, anginam in gutture, inflammationem in hepate, in corde palpitationem, oppilationem in sple- ne, dolores iliorum, & morbos totū corpus

diuexantes: habere in capite anxietates, curas in animo, lites domi, foris hostes, parum pecunia in arca, liberorum multitudinem, bellum domesticum & intestinum apud se, & apud alios inuidiam, quam miserum habere est? O categorias amaras! O denarium exigui valoris, ac ponderis!

Anima
denarius
regius est.

Ostulerunt et denarum. Est & aliud denarij genus longe nobilius, cui Dei Opt. Max. summi illius Regis imago insculpta est, anima scilicet. Dicitur autem *denarius*, quod quinque sensus interiores, & totidem exteriores habeat, qui simul denarium numerum constituunt, vel quod post nouem angelorum ordines ipsa omnium postrema sit condita, arque ita quodammodo ipsa decimus sit: vel etiam quod decem Decalogi praceptorum obseruatione astricta sit. Sed potius quod dono vere gratuito septem Ecclesiae sacramenta & tres Theologicas virtutes coelitus accepit. O denarium vere regium, aureum, & diuinum, Dei & regis sui imagine insignitum! Ita nempe cufus est in ipso creationis opere. audiamus enim, ut de illo loquantur summi illi artifices & monetae conflandae praefecti, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, id est, diuinam, sit talis quales nos sumus, adeo ut natura nostra exemplar sit ac prototypon, iuxta quam homo efformetur. Velloquendo de imagine creatuæ in homine reperitur, dixerit: *Faciamus hominem*, ita nobis similem, ut nostra quodammodo imago sit, nostrum in mortali corpore naturam, potentiam, sapientiam, prouidentiam cæteraque essentia nostræ attributa in terra repræsentans.

VI.
Varie opini-
ones circa cre-
ationem hominis,
ad Dei i-
magine. *Coleff.*
Heb. 1.
Rom. 8.

Sed notandum hic est, varios interpretes varia, quod hanç Dei imaginem attulisse. Putat Origenes, & alij nonnisi per hanc Dei imaginem intelligi debere filium Dei, quem Paulus ad Colossenses *Imaginem Dei inuisibili*, & ad Hebræos: *Figuram substantię Patrie* ad Dei appellat. Et sane ipsum nomen imaginis soli imaginem. inter diuinas personas filio attribuitur. Di- cere volunt igitur, hominem ad filij Dei ima- ginem cōditum esse, innixi potissimum ver- bis Apostoli ad Romanos scribentis: *Deus electos predestinavit conformes fieri imaginis filij*. *Lib. 7.6.6.* *fui.* Sed aduersatur huic opinioni Augusti-

nus, eamque in libro de SS. Trinitate acriter oppugnat.

Altera opinio à Glossa refertur in Catena II. quam edidit Lipomanus in Genesim, dicens: ab omni æternitate in sanctissimo trium harum personarum diuinarum consistorio decreatum fuisse, verbum ut æternum tempore suo naturam humānam in personæ unitate, & unione quadam hypostatica assumeret, & ad imaginem & similitudinem humanae nature, quam Dei filius suscepturus esset, primū hominem formatum fuisse. Sed refellitur hæc sententia, quod nusquam è sacrifici litteris stabiliri queat: at illæ pluribus in locis ostendant, verbum diuinum hominis similitudinem assumisse; ut illo ad Roman. 8. *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis Rom. 8. peccati, & alio, formam serui accipiens, & ha- Philip. 2. bitu inuenies ut homo.*

III.
Tertia Eugubini est in Cosmopœia & O-
leastri in hunc locum, qui credunt, Deum, ut hominem conderet, quo familiariter cum eodem ageret, & humano ei more loqui posset, humanam formam assumisse, arque ideo dictum esse: *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Sed opinio hæc tum nova est, tum impeta & penitus absurdâ. Cum certum sit, ut & omnes Theologi cōfidentur, omnes, quas in veteri Testamento factas hominibus apparitiones legimus, immediate ab Angelis factas esse. Adeo ut qui in illis apparet & loquerentur meri essent Angeli, qui diuinam maiestatem, authoritatem, voluntatem & verba repræsentarent.

Multo igitur melius cum doctis Abulensi Quomo-
dixero, hominē ad Dei imaginem factum in-
do homo
telligi, quod quemadmodū Deus vniuersum re-
ad Dei-
plet mundū, ita ab anima impleatur corpus; magis
& ut Deus vniuerso præsidet & præest, ita a-
condit
nima corpori. Dico itaq; cum Basilio in Homil. 10. in Genes. Grego. Nysseno lib. de ho-
minis creatione, Chrysost. in hunc Genefios
locū, hominem idcirco ad Dei imaginem fa-
ctum dici, quod quemadmodū Deus excellit in omnibus, & vbiuis locorū, & in omnia
dominiū obtinet, ita homo mundi eminen-
tia, naturę miraculum, totius vniuersi perfec-
tio dicatur, & domini instar & regis omnib;
imperet, de quo scriptū est: *Omnia subiecisti Psal. 8.*
sub

sub pedibus eius. Non dicitur, ut hoc obiter admonacā, subiectis sub oculis, ut cupiditates & desideria excludat, quae oculi interdū accendunt; non subiectis sub manibus, ut auaritiam detestetur, quae in manibus solet confistere. Sed omnia subiectis sub pedibus eius, ut offendat, generofe & heroice omnia mundi bona deliciasq; nobis esse contemendas.

*Libr. de quant. ani-
mac. 2.* Ad propoſitum postliminio reuertor, & cum Augustino aſſero, in hoc animam creatoris ſui imaginem referre, eiusq; ſimilitudinem exprimere quod immortalis sit & indiſſolubilis, & Dei in ſtaru nica, vel, ut alibi ait, quod ſeipſam cognoscat, cognoscensq; Verbum quoddam intelligibile in animo producat, quod ſeipſum exprimit, atq; hinc naſcitur amor: quod egregie declarat duas illas proceſſiones. Aeternas in diuinitate, vna filii in modum verbi intelligibilis, alteram Spiritus sancti adiunctor amoris, & cum in homine reperiatur, quidquid in Deo reperiatur, & item in hominis anima, bene ergo dicimus hominem ad Dei imaginem conditū esse.

*Libr. 2. de
orthod. fid.
ap. 12.* Adhac cum Damasceno dico, hominem Aeterno propreca ſimilem vocari, & Dei ſimilitudinem in anima gerere dici, quod ipsa spiritualis sit, quod libero donata arbitrio, quia per ſe potestatiua. Cum Faſtino deinde, ſextupliciter animam Deo ſimilem dici, quod immobilis sit, leuiflma, inuifibilis, in corpore, ſubtilis, aeterna; quae qualitates in ſolo Deo reperiuntur.

*Authoris
opinio.* Equidem deniq; post omnes, Theologice & Philosophice, dico animam denarium Euangelicum eſſe, regis ſui & Dei imagine ſignatum, eique ſimilem exiſtere, quod homo iuxta natura ſuę compositionem, ad primū natura gradum pertingat, gradum inquam Deo proprium & regium, in quo ſcilicet ipſa commoratur diuinitas, quod eſſentiam habeatratione inſignitam, voluntate libera, & intelligentia capacem. Porro quatuor in rerum natura reperire eſt genera genericā, ad quae creata omnia referuntur. Sunt enim quædam, quae nonniſi. Eſte habent, qualia ſunt lapides & metalla; alia etiam vitam, vt germina, plantæ; alia quid amplius naſta ſunt, morum ſcilicet & ſenſum, ut animalia;

alia deniq; plus omnibus habent, & ad ſum- mū perfectionis gradum euecta ſunt, quæ intellefctum, rationem, ſapienciam habent, quo in gradu ipſe Deus, Angeli, & homo; eo tamen diſcrimine, quod quamuis Deus & homo in eodem ſint gradu, inæquales ra- men ſint, nec eiusdem proutus conditionis: magna quippe propter hominis & Dei per- fectiones inter infinita eſt diſtantia & diſcri- men.

Ceterum excellens ille & admirabilis na- turæ intelligibilis gradus ſex in ſe comple- intelligi- ſtit proprietates, quæ ei conaturales ſunt, bilis gra- & neceſſario inter ſe coniunctæ, quæ ad v. dus ſex in- num omnes in anima reperiuntur, prima, ſe cōtinet quod incorporeā & indiuidua; deinde, quod proprie- immortalis; tertio, quod intellefctu, volun- tate & memoria donata; quarto, quod in o- mnibus actionibus liberabit, & libero ornata arbitrio; quinto, quod ſapientia, virtutis, gratiæ, aeternæque felicitatis capax; ſexto, quod ceteris animalibus non modo dignitate p̄ficit, ſed absolute etiam iſdem do- minetur. Homo igitur, quaunque tandem parte respicias Deo ſuo ſimilis eſt, & denarii in ſtaru imaginem & epigraphē regis ſui p̄ficit.

Rurſum hominem ad Dei imaginem fa- etum credo, quod ſicut omnia eminenter & causaliter in Deo reperiuntur, ita participatiue viciffim in homine: Eſſe namque com- mune habet cum lapidibus, viuere cum plā- tis, ſentire cum brutis, intelligere denique cum Deo & Angelis. Quamobrem non in- ſcite dixit Aristoteles, animam noſtram eſſe *Animam.*

Equidem deniq; post omnes, Theologice & Philosophice, dico animam denarium Euangelicum eſſe, regis ſui & Dei imagine ſignatum, eique ſimilem exiſtere, quod homo iuxta natura ſuę compositionem, ad primū natura gradum pertingat, gradum inquam Deo proprium & regium, in quo ſcilicet ipſa commoratur diuinitas, quod eſſentiam habeatratione inſignitam, voluntate libera, & intelligentia capacem. Porro quatuor in rerum natura reperire eſt genera genericā, ad quae creata omnia referuntur. Sunt enim quædam, quae nonniſi. Eſte habent, qualia ſunt lapides & metalla; alia etiam vitam, vt germina, plantæ; alia quid amplius naſta ſunt, morum ſcilicet & ſenſum, ut animalia;

*Lib. 3. de
Animam.*

Dan. 2.

Genera
generalia
quatuor
in omnib.
rebus.

suam condidit, quo ab omnibus creaturis coleretur & adoraretur. at caput ei dedit aureum : ecce animæ immortalitatem & rationem & intellectum ; & pedes terreos ; ecce morem corporis & naturæ illius fragilitatē, at omnia ad imaginem & similitudinem creatoris expressa sunt.

Luc. 16.

Denarius hic regius quidam nummus est & infiniti pretii : est quoque forsitan drachma illa Euangelica, quam perditam euersa domo & accensa lucerna mulier querit donec inueniat. Cum enim homo ipsum amississet, mulier illa cœlestis, sapientia inquam æterna, amoris sui faciem accedit, quadrata mutauit rotundis omniaque loco mouit, ut hanc quereret. Vnde colligere est infiniti illam pretii fusile, cum tantam in querendo diligentiam adhibere opus fuerit. Sed inspiciamus imaginem illius, quam & Christus inspicit, & petit à discipulis & legatis,

Cuius est hac imago?

Tria imaginis genitrix in sacris litteris imaginem noto, Dei, mortis, & diaboli, que priores hominera in sa- ni viles sunt & commodum afferunt, tercias litteris tia nocet & obest, de prima in Genesi, & sapientia scriptum est; de secunda in Ieremia, Gen. 2. Sap. 2. Qui traduxit nos per desertum, per terram habiterem. 2. moria Dei tertia in Apocalyp. ut faciant imaginem bestie, que habet plagam gladii. Et capite sequenti, si quis adorauerit bestiam, & accepere- rit characterem in fronte sua aut in manu sua. Prima condidit Deus, secundam peccatum inuexit, in tertiam diabolus eam nequiter convertit. Prima est supernaturalis, secunda naturæ illius conformis, tertia contra natu- ram. Prima cœlo debetur, secunda vermisibus addicta est; terra ad tartaros derubatur. Prima Dei filium constituit, altera bestiarum socium, tertia dæmonibus similem. Heu quæ imagines, quæ ectypa? ecquod inter illa discrimen?

Dei imago hominem nobilitat, magnum- que ei honorem adfert; nam vt Ioseph, quod regis annulos, sigilla, insignia ge- flaret, ab Ægyptiis honoribus affectus fuit; ita homo Dei sui imaginem & insignia ge- flans timerit, & honoratur ab omnib. mun- di creaturis.

Imago
Dei ho-
minem
nobilitat.

At mortis imago hominem humiliat, mū- Gen. 4L di ei contemptum ingerit, eiq; suggestit, sua Imago conditionis mortalis ut recordetur. Hinc & mortis gyptii in epulis publicis cranium circumfer- hominem revolut ferculum solebant, ut omnes oculis humiliat, in ipsum coniectis, fragilitatis & conditio- nis suæ mortalis reminiscerentur, nec ita deliciis & voluptatibus transuersim abriperen- tur sua ut mortis obliuiscerentur. Laudabi- lis profecto consuetudo, ut & mortis memo- ria vitilis. Tales tibi imagines depinge super- be, talia ob oculos habe exemplaria & sanc- morem si diligenter respexeris & attende- ris, nunquam superbes.

At imago diaboli, horribilis quædam & Imago terra figura est, ectypa terrible, damnatio- diaboli. nis sigillum, & iter ad tartaros : est imago Apoc. 13. bestiæ illius Apocalypses, lepticidis & de- cem armatæ cornibus, quæ omnes, char- actere suo insignitos deuorauit & destruxit. O tristes imagines! atque infelices illos, qui easdem gestant! Quotnam autem hodie in- ter Christianos reperire est, qui amissa Dei imagine, diaboli circumferunt & ē templo spiritus sancti, quod est cor, diabolis synago- gam constituunt. Sed euertenda & eraden- da sunt eiusmodi imagines.

Athala regina cum interfacta esset, & pax 4. Apoc. 1. Deum inter & populu coaluisse, dicitur vniuersus populus fanum Baal ingressus, eiusque aras euertisse, & imagines eius concu- catas communisse. Allegorice diceadum, animam peccatis inquinaram profanum Baal templum esse; aram, ipsum cor; peccata vero, imagines ibidem erectas, sed commi- nuenda illæ sunt & conterenda. Carne igitur semel emortua & concupiscentia semi- bus illa regii iugulatrice extincta, & per po- nitentiam fœdere cum Deo inito, animam tuam inspiciens, tibi ipsi dicio. *Cuius est hac imago?*

Duplex in te imago est Christiane, una iā Gen. 1. inde ab exordio creationis tuae, de qua di- Duplex in- etum est, *Faciamus hominem ad imaginem & simili- hominem* nostram; altera ab ipso baptismo, in Deimi- quo Character animæ imprimitur, ut hinc eo. scilicet appareat, Dei te totum esse & ad il. Simile, lum spectare. Pictor aliquis cum elegantem imaginem pinxit, quo nomen suum ad posteros

posteros transmisum immortale reddat, nomen suum & symbolum supponere solet: quin & inter sculptores vsus iam & mos obtinuit ut statuarum pedi & basi nomen suum inscribant, *Talus & talus faciebat*. Magnus ille totius vniuersi pictor & opifex, qui tot præclaræ opera in rerum natura condidit, postquam hominem creasset, velut omnium operum suorum primum & excellētissimum, & omnibus patefacere hominibus vellet, esse se tam elegantis operis auctorem & inventorem, nomen, imaginem, & insignia sua illi insculpsit. atque ut sciamus ipsum esse tanti operis auctorem, sæpen numero à nobis petit, *Cuius est hec imago?*

Considerationes circa omnes vitæ status.

Ecclesiastice & fæcerdos cum albiste circumdatum ornamenti contemplari, ornamenti sacerdotalibus indutum, rocheto, superpelliceo: quibus te insignibus, coloribus, qua imagine credis ornatum? Dei profecto, cui te obligatum esse omnia hæc demonstrant. Tu autem religiose, monasteriorum incola, cœnobiorum ciuis, solitudinis inquiline, cum vestem illam monachalem defers, capitum, cucullum, & scapulare: cuius te imaginem gerere credis? Dei crede, non mudi, nam qui mollibus vestiuntur, in dominibus regum sunt. Redde: igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei sunt, Deo redde illi vita quam professus es, vota illa, quibus te astricti, humilitatis, paupertatis, castitatis & obedientiæ.

Lib. 3. c. 5. Cn. Scipio, vt Valerius refert, Magni Africani filius à paterna virtute, & bellica gloria degenerans annulum gestare solebat, in quo Africani caput sculptum erat: hic igitur Praetor petitor cum candidam togam turpitudinis maculis obsolefactam in campum destrulisse, pene repulsam passus est. Sed cum tamen deinde eam propinquai ab eo pollui animaduerteret, id egerunt, ne aut sellam ponere aut ius dicere auderet.

Insuper è manu eius annulum, quem diximus, patris suæ imagine insignitum, detraxerunt, quam & morū turpitudine & vita foribus dedecorabat. Heu, magni haud dubie omnes Christianam nobilitatem facimus, iactamus nos, quod filii Dei simus, eiusque imaginem animæ insculpta geramus: sed

Tom. 2. Pars Aestiva.

quid emolumenti imago hæc afferet, cum prauis eam operib. inquinemus: cum vitæ & morum dedecore nomen hoc commaculemus. Quoniam pro dolor! sunt, quibus eadē auferri & adimi deberet, quod eadem se in di-gnos præstent: quos comminationem illam propheticam meruere par esset dicētem, *Ad nihilum rediges imaginem ipsorum, & Paulinam Psal. 72.* illam exhortationem animo imprimere, *Si. 1. Cor. 12.* *cum portavimus imaginem terreni portemus & cœlestis.*

Atq; hæc forsitan est ratio, cur Romanorū Pier. lib. 4. filii loco torquim & moniliū bullas è collo adolescentiæ tempore suspenſas gestarent: bullas inq cordis imaginē præferentes, quib. parentum insculpta erat imago, vt hac con-specta patrem gloriam æmularentur.

Ita Deus, magnus ille & æternus pater, voluit, iam inde a nativitate, non è collo suspenſam sed in esse nostro & essentia, affixam diuinitatis suæ imaginem gestari: sed nos eandem destruimus, delemus, corrumpimus & vitiorum fuligine denigramus.

Isaias populo suo pudorem incusurus ait, *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarah que vos peperit.* Id est, cum tantopere vos effertis, quod patrem habeatis Abraham, & Sarah matrem, & illorum imaginem fronte vestrae insculptam velut legitimi filii gestatis, efficitis, virtutis, & virtutibus & moribus & honestis probisq; actionibus similes redamini. Eodē argumento vñus est Christus, cum Iudæos genus suum & progeniem iacentantes, coarguit dicens: *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: quasi diceret, nihil est, filios parentum imagines fronte præferre, nisi & illorum merita, virtutes & heroica facta imitentur.* *Æquum scil. est filios patrum æmulatores existere: quid enim mihi profuerit patrem habuisse sanctissimum, si ipse dialolo sim nequior?*

Quo loco in Cantico legimus, Murænulas Filii paræ aureas facimus tibi vermiculatas argento: in Heturum virbræ legitur, Imagines masculinas faciemus ti-tutæ imbi-cum ßigmatibus argenteis. Id est, seruauit tibi tentur. sponsa, pretiosum quoddam monile inauri-*Cant. 1.* um tuarum ornamentum, murænulas scil. aureas, atque illas non aquilarum, cordium, manuum, sed imaguncularum masculina-

Aaa rura

num figuræ exprimentes, & eas argento vermiculatas. Sentus est, iam nō amplius, vt soles, nāudi negotiis intentas & profanas voluntates consecderis, ita namque aures tuas renouabo, vt aliud nihil in posterum audituras, quam sanctos illos Patriarchas & reges, vt audiendo vitam imiteris & merita. Vel aliter, cum aliarum more mulierum nāundi & bestiarum imagines gestare soleas, efficiam ut post hac veras virorum imagines gestes, vt in corde muliebri cor geras muliebre, vt non delicate & molliter viuas mulieris instar, sed virtutibus virili quodam robore & mascula constantia, viri instar, vitam adornes.

Cuius est hac imago? Ezechiel Propheta Israeli excidium & exterminium prædicens, & cladem comminans mulierum taxat potissimum dissolutiones, quod scil. ex monilib. & torquibus luxu quodam in audito & peregrino, lascivas, lubricas & abominandas fecerint imagines. Et ornamenta monilium suorum in superbiā posuerunt, & imagines abominacionum suarum & simulacrorum fecerunt ex eo. Sensus litteralis est, Tantum abest, vt mulieres aurum suum templo obrulerint, ex quo imagines sacræ conflarentur, vt alias quasdam lascivas ex eodem efformarit. Allegoricus vero denotat, deplorandum esse tot homines reperiri qui obrizum illud & purum diuinæ imaginis, quæ illis innata & agnata est, quæque illis non mediocre adseriora mentum, aurū in bestiales, diabolicas & abominandas imagines, id est, peccata, cōuentunt. De quibus merito dici queat Apostolorum illud, sed non sine lachrymis, *Et mutauerunt gloriam incorruptibilem Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & seruentum.* Sed Deus bone, cuius est hac imago?

Rom. I.

2 Reg. 5.

Eze. h.8.

Eze. 7.

In fano Philisthæorum, Dagonis & veri Idolum Dei imago, id est, arca fœderis pariter confidit. Dagon de sterē nō potuit quo denotatur, in cordis noīectum ab stri arca, in qua iam deinde ab initio Dei arca fœde mago collocata fuit, idoli, mundi & Satanæ, ris, imaginem, id est, virtus & peccata collocri non debere: nam vna non fert alteram, quarum vnam si adoraueris, alteram adorare nō poteris.

Deus Ezechiel ostendere cum vellet ab-

ominandam Israëlitatum & præsertim sacerdotum, idolatriam, Ierosolymam illū deduxit, abominationes pessimas, vt aiebat, ostensus: murum templi illū perfringere iussit, & facto hiatu introspicere: quamobrem Propheta ait. *Et ingressus vidi, & ecce omnia similitudo reptilum, & animalium, abominationes, & uniuersa idola domus Israël deprivata erant in parte, in circuitu, per totum.* Mirum profecto, in loco adeo sancto, in quo antea, ubique per omnes parietes apparuerat imago Dei, iam nullam omnino apparere, sed abominandas bestiarum, & animalium, & idolorum imagines conspicere. O arcana mysteria! Qui maiores eriam deteriores abominationes conspicari voluerit, cor suum aperiat, anima templū inspiciat, & si modo oculos aperuerit, & rationem intenderit, nil nisi dola, vitia, abominationes in eodem conspicet, & vbi sola Dei viui imago conspicere deberet, quæ nimur iam inde ab initio, ibidem ercta fuit, illic nonnisi bestiarum, prauorum affectuum, desideriorum, sensualitatum, vanitatum, idolatriæ simulacra apparent.

Cuius est hac imago? Non ait, *Cuius sunt imagines?* Nam nōnūi vnum credimus Deum esse, cuius imaginem gerimus: nonnisi vnam habemus fidem, quæ etiam vnicam esse docet Ecclesiast, nonnisi vnam agnoscimus regem, vt & solem, fidera.

Cuius est hac imago? Magnus ille & æternus, pictor nonnisi duas vñquam efformauit imagines, sed adeo elegantes, scitas, & admirabiles, nihil vt ad perfectionem illarum requiratur. Prima est, filius ipsius vñigenitus, Verbum illud æternum, quam egregia porro hæc imago est, quam diuina tabella! de qua Apostolus ait, *Imago Dei inuisibilis, & alibi, Et Rom. II. figura substantia Parus.* Altera ipse homo est, de qua Gen. 1. *Fatigamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ipsa quidem cōpendium & quodāmodo Epitome est magna illius tabula, quæ mundus, at imago adeo scita & elegans, vt ipsum etiam cœlum eadem gaudeat, & magnus ille Deus semper illa oculos habere desideret: quā ipsi venerantur Angeli, horrent dæmones, & creaturæ in mundi huius templo honorant: imago denique, inquā cœlestis ille Apelles omnia viuo-

xum.

rum colorum lumina adhibuit & ornamen-
ta, ipsum esse lapidum, viuere plantarum,
sentire bestiarum, intelligere Angelorum.

Cuius igitur hec imago est?

Hominis Ex primo imaginis intuitu, prototypon
notitia ad quamprimum agnoscunt artifices: ita quoq;
Dei noti- ex primo hominis aspectu quamprimum pa-
tiam nos ter, Deum illius prototypon & exemplar es-
perducit. se: & quamvis ceteræ etiā creaturæ ad Con-
ditoris cognitionem pertrahant & allicant,
solius ramen hominis contemplatio & at-
tentio consideratio, qui ad imaginem diuinae
illius essentia expressus est, in primis &
piè ceteris ad Dei essentiam cognoscendam
inducit. Atque hinc crediderim Deum, cum
mundo se veller patet facere, hominis semper
forma apparuisse. In Daniele quippe legere
est: *Ecce vir unus vestitus linea, & renes eius
accincti auro obrisco;* Et Apoc. 1. *Et in medio se-
ptem candelabrorum aureorum similem filio ho-
minis vestitum podere,* & præcinctum mamillas
Zona aurea. Idecirco bene olim Dominus Phi-
lippo dixit: *Philippe qui videt me, videt & pa-
trem meum.* Id est, non modo in qualitate di-
uina, verum etiā humana, ut modo sum, pa-
trem æternum repræsento, & me qui videt,
patrem meum videt, nā in quantū Deus & in
quārum homo, illius imaginem repræsento.

Dan. 16.
Apoc. 1.
Iean. 14.

Lib. 4. de
dogmas.
characte-
ribus.

Cuius est hac imago? Magnus ille Athanasius
komil. de S. Patribus & Prophetis, referente
Francisc. Turriano, ex hoc loco colligit col-
endas & honorandas esse imagines: non e-
cum reprehendit Christus Pharisæos, ne clu-
dæos carpebat, quod Cæsar is imaginē effor-
marent, qui tamen lege vetabantur aliquas
imagines exprimere vel sculpere: immo ē con-
tra volebat, Cæsaream hanc imaginē obser-
uari, siq; tributū persolui, cuius imaginem,
Cæsar is intuitu colebant, eademque ratione
edocebat, Deo reddenda esse, quæ Dei sunt.
Vnde sequitur, quod quemadmodū honor
imaginis Cæsarea in Cæsarem redundat, quæ
in illius effigie colimus: ita honor & cultus
imaginis Iclu Christi, est honor Christi, &
honor sanctorū imaginib. impensus, in san-
ctos etiam redundat: porro sanctorū honor,
honor & gloria Dei est, quem in sanctis ho-
noramus ac veneramus: iuxta sententiam il-
lam Psalmogr. Mirabilis (& honorabilis) Deus

in Sanctis suis, adeo ut honor & cultus imagi-
num Sanctorū, honor sit Dei, atq; ideo hunc
ei reddere par est, iuxta Euāgeliū: *Reddite,
qua sunt Cæsari, Cæsari: En qua sunt Dei, Deo.*

Ecce honorem & obedientiam, quæ debe-
tur regibus. Duo, inquit Apostolorū caput,
in mundo & regnis necessaria, Deum timere
& regem honore afficere, *Deum timete, regem 1. Pet. 2.
honorificate.* Quod variis exēpliis è sacra Scrip-
tura de promptis demonstrate poterimus.
Christus enim Saluator Cæsari obediebat, S.
Petrus Neroni, Joseph Pharaoni, Daniel Na- 2. Par. ult.
buchodonosori, quin & Regi Sedechiæ vitio
vertitur, quod fidem datam regi Babyloniorum
non feruasset, & conditiones fœderis,
quibus se tributū illi persolutum spopon-
derat, fregisset. Quin & Deus obedientiam
quæ Nabuchodonosori debebatur, commē-
dans minando dicebat, apud Ieremiam: *Gens Ierem. 8.
autem & regnum, quid non serueris Nabu-
chodonosor regi Babylonis,* & quicunq; non curau-
rit collum suū iugore regis Babylonis, iugadio & in
fame, & in peste visitabo super gentem illam.
Ecce & nouum quoddam præceptum in Eu-
angelio: *Reddite, qua sunt Cæsari, Cæsari.*

Non dicit omnia vt Cæsari reddamus, sed Non vult
ea tātum quæ Cæsari sunt, alia quippe sunt Deus sibi
Dei, alia mundi negotia: alia debentur prin- dari om-
cipati, alia diuinitati: nam nia.

Divisum imperium carnē loue Cæsar habet.
Non vult etiam Deus sibi dari omnia, nostrū
ipsorum vt tortores simus, de mundo nihil
vt solliciti simus, non vult corporis nullam
haberi rationē, non ita in illud nos sequire
vult, vt respirare nequeat, sed tantum vt ra-
tionē ipsum, & sensus, & omnia quæ ad illius
dominium spectant subiiciamus, quo trahe-
mus historiam illam de Gabaonitis, quæ in Ios. 9.
Iosue describitur.

Israëlitæ postquam urbem Iericho expu-
gnassent & expilassent, fama increbuerat per
vniuersam terram Chanaan, omnes vrbes si-
mili fore clade afficiendas. Gabaonitæ, qui
contermini & confines erant, quo se à clade
hac in excidio tuerentur, fatuum iniēte con-
siliū: destinarunt sc. ad Iosue ducem populi,
totius regni nomine legatos, qui pacem cum
illo inirent: cum autem perfectum habe-
rent, nō tam benigne se admittēdos, nec tam

Aaa 2 facile

facile pacem impetratos, si regionem unde
venissent pateficerent, finxerunt se esse logi-
quis regionibus, auditio Iosue nomine, & lu-
culentis populi victoriis excitatos, ad amici-
tiam & societatem illorum expetendam ve-
nisse. Quo astu prætenso, pacem quam quæ-
rebant, inuenerunt, quæ utriusque Sacramento
stabilitas fuit. At cum Iosue deinde illorum
versutiam & dolum intellexisset, qui nimis
rum haud procul à Iericho commbrareretur,
coacto concilio deliberavit, num amicitiae
iura infringere, sœdus initum dissoluere, &
sine villa clementia spe fas esset interficere.
Tandem communī consensu decretum est,
ob iuramentum eorum ut vita parceretur, sed
in captiuitatem, ob dolum & astum abripe-
rentur. Atq; ideo in castris instar lixarum &
calonum per ordines distributi sunt, ut vilia
obirent officia, & velut mancipia seruirent.

Gabaonitæ hi figura erant sensu nostrorum exteriorum, auditus, visus & gustus, &c. denotabant etiam veterem illum hominem qui in nobis est, sensualitatē, inquam, & appetitum, morosum, tetricum vetulū, & perversum, qui semper bellum gerit aduersus Iosue, spiritum, inquam, & nouum illum hominem, in quantum Deo seruire desiderat, & proprio motu inimicos suos Chananæos diabulos inquam, eorumque socios debellare fatigat & euertere. Contingit autem sapientia, ipsos sensus, Gabaonitarum instar, metuētes ne sibi bellum indicatur, cum inimici dicantur, & illo ipsis nomine Christ⁹ apud S. Matthēum donarit (*inimici hominis domestici eius.*) Pacem à Iosue, nouo, inquam, homine, exponere, & hanc ut obtineant, dolos adhibere, & fingere se alienigenas, nullumque cum Chananæis habere commerciū, restari quoque non esse se spiritus inimicos, negare se diabulos, nec eorum consuetudine delectari. Ita se rem habere homo simplex credit: sed mox ut astum eorum dexterit, & aduer-
tit, quamvis Chananæi non sint, esse tamen Gabaonitas, quamvis, inquam, non sint dia-
boli, in eorum tamen territorio commorari, quod eorum socij & coniurati sint, & hominum non secus atque illi perniciem moliantur. Iosue igitur hoc astu cognito, eosque veros hostes esse videns, vitam illis ob affinita-

tem & coniunctionem, qui inter se non nisi
vnum sunt, auferre non debet, sed ut seruos
illos & mancipia habere, suis illos legibus
subiiciens, eorum tamen opera utens, & ne-
cessaria illis suppeditans, vestitum scilicet ac
victum, non autem interficiens vel crudeli-
tatem sequitiamque iis aliquam ostendens,
aut nimia austerritate emacerans: semper igi-
tur illos tueatur, & seruorum instar habeat,
atq; hoc est reddere quæ sunt Cæsaris, Cæ-
sari: & quæ sunt Dei, Deo.

Eia igitur, Auditores, quoniam ad finem
iam peruenimus, reddite Cæsari, quæ Cæsaris
sunt, reddite obedientiam Principi quæ illi
debetur, reddite tributa mundo quæ illius
sunt, reddite corpori curam & solitudinem,
quam exigit, & reddere parest. Sed reddite
simul Deo quæ Dei sunt, quid enim habe-
mus, quod à Deo profectum non sit? *Quid ha- 1. Cor. 4.*
bes, ait Apostolus, quod non accepisti? Tefatur
id ipsum & David Rex, & omnem templi
materiam quam parauerat, & omne aurum
quod coaceruarat, recensens ait. *Tua Domine 2. Paral. e-*
sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, hec
dedimus tibi. Idem ipsum hodie hic repeto,
sed allegorice, omnia scilicet quæ ad ædificium
templi spiritualis conferimus, à Deo descendere,
viuacitatem spiritus, corporis vires, vo-
luntatis actus. Omnis deniq; natura nostra à
Deo est, Dei est & Deo reddenda, atque hoc
est axioma Euangeliū seruare: *Reddite, quæ*
sunt Cæsaru, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Est hoc autem æquissimum Domine, lex,
fides, & natura idipsum docent, lumine na-
turæ, Sacrae Scripturæ testimoniis, & ratio-
nibus variis tenemus, Cæsari honorem, cul-
tum, obsequium, tributa, & obedientiam de-
beri, tibi quoque quod tuum est, cor, inquit, animam, intellectum, & quicquid in homine
excellens est & eminentis. Anima siquidem
tua est, quod tuam præferat imaginem, illa
namque; denarius aureus tua signatus imagine
& insignibus, tuamque ostendens supercri-
ptionem, quicquid tibi reddi debet. At si nescio
quo Fato regia hæc imago peccatis obscure-
tur, gratiam concede, ut per penitentiam ac
veram contritionem eandem resculpamus,
quæ vera nummi huius restaurandi ratio est.
Præsta præterea, ut hæc anima nostra tua si-
gnata

gnata figura, tandem aliquando ipsum prototypum suum, quod tu ipse es regnans in sempiterna beatitudine, videre mereatur, ad quam perducat nos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De Tribulationibus.
- II. De adorante & afflito Iairo.
- III. De filia defuncta.
- IV. De Iairo domo, eiusq; tumultu.
- V. De Hemorrhio saepe deveniente in publicum.
- VI. De sumpcio & duratione morbi.

Ecce Princeps unus accessit, & adorauit eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Matth. 9. Luc. 8.

FIGURA.

Malach. 4. **M**alachias Prophetæ de Messia in mundum aduentū sermonem instituit, iis qui sanctum Dei nomen formidaturi sunt, solem iustitiae oriturum, qui salutem & sanitatem in pennis suis allaturus sit. Evangelium hodiernum duo refert miracula, quæ Christus patruavit, verbis illis Propheticis ad amissim respondentia, & per omnia similia. Solem iustitiae oriturum prænuntiavit, atq; hic ipsa Salvatoris nativitas exprimitur, deinde sanitatem in pennis suis habiturum. Pennæ vestimenta sunt aurum: pennæ quoque aquilæ illius cœlestis sunt vestimenta Christi, quibus sanitas adhærescit, quod hodie re ipsa ad oculum demonstrauit, cum mulier sanguinis fluxum patiens, tacta vestimenti illius fimbria, quam primū sanitati restituitur. Dicere autem solem sanitatem in pennis habiturum, tantundem est ac si dicas, Christum solo attactu vestis morbos depulsurū. Longiorem hac de re sermonem instituam, modo Spiritus S. cœpta secunder, & Deipara precibus suis solitis felix auspicium spon-

deat. Quamobrem vñitis animis eandem in genua prouoluti salutemus cum Angelo, dicentes:

AVE MARIA.

Pius ille ac religiosus Bernardus tribulationum à Deo immischarum emolumenta ac- Super Can- curatus examinans, & utilitates quas adfe- tica. runt recensens dicere solebat, quomodo stella in nocte lucent, in die latent: sic vera virtus, qua- sepi in prosperis non appetet, in aduersis eminet. Nec aberrauit profecto à scopo: nam luculentis verbis illius testis acceder ær umnosus ac miser Iob: nam ipsum animi robur & con- stantia, patientia, & sexcenta alia virtutes, quæ delituerant, dum prospero ridebat for- tuna vultu, omniaque ad votum ei afflu- bant, in tenebris perpetuo permanissent, si nox & caligo afflictionum aduersitatumque non apparuisset. Opinionis nostræ suffraga- tus August. ait: In fornace ardet palia, & pur. Super Psal- gatur aurum, illa in cinerem veritatur, & illud 60. sordibus exuritur: fornax mundus: aurum iusti- ignu tribulatio, artifex Deus. Ipsum & alio lo- co, sed aliis verbis habet: Sicut sub eodem igne aurum ruusat, & palea fumat, & sub eadem tri- bula stipula communuantur, & frumenta purgā- tur: ita una tribulatio irruens bonos probat, pur- gat & eligit, malos reprobat, exterminal & anni- hilat. O igitur sanctæ afflictiones! Sed earum utilitates & commoda audire vultis? Varia recenset August. dicens: Flagellum inte- Super Psal- riū & exterius glorificat, peccatorem compellit nolentem, erudit ignorantem, cuspidit currentem, protegit infirmantem, excitat torpentem, humili- at superbientem, purgat paenitentem, coronat in- nocentem, initiat ad mortem semper viuentem. O admirabiles utilitates!

E quidem post Patres illos dixerunt tribula- tionem esse donum quoddam cœlestis Phar- macum salutare, quod Deus ut medicus v- surpat, & quo nos ut ægri curamur. Has scil. Pharmaci aut catapotij instar Deus ad sani- ratem spiritus, non vero ad damnationem animæ, nobis præscribit. Cum in medici & Chirurgi manus incidisti, quando ferrum subeundum est, cauteria inureda, incisiones faciendæ, sanguis minuendus, clamans, vociferaris, & cruciaris: Medicus tamen nequid- quam permouetur, sed de salute tua ac vita